Vado mori logicus: alios concludere noui: Fortiũ viroꝝ eſt magis mortẽ cõtẽnere vitã odiſſe:
Cõcluſit breuiter mors michi: Vado mori. Stultũ eſt timere: quod vitari non poteſt.

Omnia mors tollit doctũ cecidiſſe cathonẽ: Atqꝫ ipſum ſocratem procubuiſſe ferunt.

Mors

Et vos regens in achademia
Qui plurimos coegiſtis ſtudentes
Nichil prodeſt dicere eya
Veſtras decet dimittere artes
Veſtri certe nigreſiant dentes
Studete nunc prout deus ſoluit
Dimittite grammatice partes
Mors hominem ſubito diſſoluit

Magiſter ſcole

Sciencia vero grãmatica
Aliarum eſt introductio
Iuuenibus autem ypotheca
Et artium vera diſcucio
Sine illa nullum conſpicio
Ad maiora vlla percipere
Sed ecce nunc morte deficio
In omnibus decet incipere

Mors

Super equum atqꝫ curſarium
Vos armiger nunꝙ̃ aſcendetis
Mors arripit nunc veſtrũ brauium
Aſpicite quid huc facietis
Mundum vero ſtatim dimittetis
Non expedit lanceam currere
Vt ego ſum ita vos eritis
Quis contra me poteſt reſiſtere

Armiger

Heu non vite habeo ſpacium
Quia morti decet obedire
Nunc dimitto regis ſeruicium
Et cum illa compellor nunc ire
Ad priſtinum non poſſum redire
Huc tam pie ſum conductus modo
Sicuti mors cogit me abire
Mori decet neſcimus quando

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf